

Februarii 1607. precepit Episcopo Tornacensi, ut in visitatione Collegiata Ecclesiarum exemptarum contineret se intra limites nobilissimos visitationis, ita ut neque ad specialem inquisitionem descenderet, nec processus conficeret, nec sententias ferret; sed in his, quae morum correctionem, atque emendationem respiciunt, sine iudicij strepitu decerneret.

DE CONSVETVDINE.

Cap. Consuetudines.

S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo inferens gravamen Ecclesie, seu eius onerosam tenet. & n. 3.
- 2 Et de facto revocari debet. n. 4.
- 4 Remittere verbum quid importet.
- 5 Consuetudo ut sit servanda, debet esse rationalis, & Religioni conveniens.
- 6 Consuetudo Ecclesie praeiudicialis ratione caret. & n. 33.
- 7 Statutum inferens gravamen Ecclesie non valet, etiamsi sit legatum de latere. n. 9.
- 8 Consuetudo, & Statutum non differunt, nisi sicut tacitum, & expressum.
- 10 Consuetudo ut dicatur Ecclesie onerosa non sufficit quaecumque praeiudicium, sed requiritur magnum.
- 11 Quod iudicis arbitrio relinquitur. Et quid post Bullam Urbani VIII. num. 21. & seq.
- 12 Latio enormis, vel magna iudicatur iudicis arbitrio.
- 13 Ecclesia tenetur tolerare incommoda non multum latentia propter consuetudinis auctoritatem.
- 14 A consuetudine sine magna causa non est recedendum.
- 15 Minima, seu modica in remedijs ordinarijs attenduntur.
- 16 Fallit propter auctoritatem consuetudinis.
- 17 Consuetudo, qua Parochus tenetur suis parochianis in Paschate dare Agnum paschalem, vel paschum, aut certa die candela de cera alba, an valeat. & n. 12.
- 19 Et quid in consuetudine, qua Plebanus dare debet castibet parochianorum certas libras carnis porcinae ante solutionem decimarum.
- 22 Modica praeiudicia non magnopere curat lex.
- 23 Fallit si dispositio concepta sit verbis universalibus. & n. seqq.
- 24 Verba universalia comprehendunt etiam minima.
- 25 Constitutio loquens per verba universalia, & geminata non recipit interpretationem restrictivam a iure communi.
- 26 Consuetudo gravans clericos, eorumque bona patrimonialia an sit nulla. & n. seqq. Et quid post Bullam Urbani VIII. n. 31.
- 27 Bona patrimonialia Clericorum an gaudeant privilegio bonorum Ecclesie.
- 28 Praescriptio in bonis patrimonialibus Clericorum de iure communi currit sicut in bonis laicalibus. Et quid post Bullam Urbani VIII. & n. 3.

- 29 Consuetudo ut clericus testari possit de fructibus suis praebenda percipiendis post eius obitum usque ad annum, valida est.
- 30 Restitutio in integrum non datur Clerico ratione lesionis in bonis patrimonialibus, vel in rebus Ecclesiarum ei debitis.
- 32 Consuetudines Ecclesie praeiudiciales per hoc cap. sublatae, quae sent. & num. seqq. usque ad num. 58. Quid si consuetudo sit inter laicos. n. 33. Et quid si praedictae Ecclesie aliter, quam respectu immunitatis, aut libertatis Ecclesiasticae. n. 34. Et quid in consuetudine interpretativa. n. 35. Et quid in consuetudine inductiva decem, vel viginti annorum. n. 37. & 42. Et quid in centenaria. n. 40. Et quid in quadragenaria. n. 41. Et quid in immemorabili. n. 42. Et quid si cum immemorabili concurrat fama privilegii. n. 52.
- 33 Consuetudo multum gravans Ecclesiam est nutritiva peccati, & imperscriptibilis.
- 35 Consuetudo interpretativa non censetur sublata per statutum tollens consuetudinem.
- 36 Consuetudo interpretativa favorabilior est, quam inductiva. & sufficit probare observantiam sine praescriptione.
- 37 Consuetudo minoris temporis, quam annorum quadraginta, contra Ecclesiam non procedit. & n. 42.
- 38 Et quid si consuetudo non specialiter contra Ecclesiam, sed generaliter contra omnes.
- 39 Consuetudo laicorum non potest clericos abstringere.
- 40 Centenaria consuetudo, vel praescriptio procedit etiam contra Ecclesiam Romanam concurrentibus de iure requisitis.
- 41 Consuetudo, vel praescriptio quadragenaria obtinet contra Ecclesiam. & n. 44.
- 43 Nisi magnum illi afferat praedictum.
- 45 Beneplacitum Apostolicum ex cursu triginta annorum cum serventia subsequente, praesumitur etiam contra Ecclesiam de iure communi.
- 46 Sive fuerit reservatum, sive non.
- 47 Secus post Bullam Urbani VIII. Negativa sufficienter probatur ex registro, in quo dispositio, de qua agitur, non reperitur descripta ibid.
- 48 Beneplacitum quamvis praesumatur ex observantia triginta annorum, etiam ubi agitur de magno praedictio; tamen ex registro probari potest non intervenisse.
- 49 Immemorabilis potest Ecclesiam praedictare, quia habet vim tituli.
- 50 Contrarium. Declaratur, n. 52.
- 51 Immemorabilis non habet vim privilegii quando est a iure reprobata, vel quando est in materia, in qua non est verisimile, ut Papa aliquem privilegietur.
- 52 Immemorabilis consuetudo, vel praescriptio praeiudicialis Ecclesie, qui casibus tollatur per constitutionem Urbani VIII.
- 53 Immemorabilis a iure reprobata non sustinetur post Bullam Urbani VIII. etiam concurrente fama privilegii Apostolice.
- 54 Laicus est incapax iuris conferendi etiam ex consuetudine in limine foundationis, vel ex immemorabili.

- nisi fama privilegii concurrat.
- 55 Item nullo unquam tempore potest prescribere in decem annis, nisi concurrente fama privilegii.
- 56 Item nec per immemorabilem acquiri ius nominandi capellanos amovibiles in parochialibus Ecclesiis, nisi cum praedicta fama.
- 57 Secus post Bullam Urbani VIII.
- 58 Papa officium est Ecclesiarum idemitati consulere, & perniciosas consuetudines extirpare.
- 59 Constitutio Urbani VIII. improbat, & casum quaecumque praedicta Sede Apostolica, vel iurisdictioni, immunitati, aut libertati Ecclesiasticae, Ecclesie, & personae Ecclesiasticae, earumque bona, ac iuribus, per partes refertur. & n. n. seqq. usque in fin.
- 61 Legati, Ministri Apostolice, & feudarii sine speciali mandato Papae non possunt nunquam praedictae Ecclesie, vel personae Ecclesiasticae sacre, seu rolerare.
- 63 Bulla cana Domini publicatur quae omni ad damanda, & exortanda Ecclesie, & personae Ecclesiasticae praeiudicialia cum eorum usibus, & observantis, etiam immemorabilibus, & n. 74.
- 65 Constitutionibus Apostolicis ad sustinenda Ecclesie praeiudicialia obici non potest, quod non sunt publicatae, vel usu receptae.
- 66 Libri continentis opiniones damnatas, vel minus legitimas Bullarum interpretationes, etiam permissu Legatorum editi non sunt attendendi.
- 67 Maleficia Legati, & Nuncijs illata in donec ingressum in provinciam, vel eorum facultates impetierint, ac eos expellendo, damnantur.
- 68 Collecta Ecclesie, ac personae Ecclesiasticae, earumque bona sine Apostolica auctoritate per laicos, vel alios imponi, & exigi non possunt etiam a sponte dantibus.
- 69 Licet coram attentata contra Ecclesiam, ac personam Ecclesiasticam, etiam ab immemorabili, & cum fama privilegii, iure iuste nulla.
- 70 Immunitas, & libertas Ecclesiastica a violatione generaliter improbat, & n. 72. Et ad cautelam revocantur cum consuetudinibus etiam immemorabilibus, & cum fama privilegii. n. 74.
- 71 Investitura, pignorationes, & aliae dispositiones temporales de bonis Sedis Apostolicae, vel inferiorum Ecclesiarum prorogari, aut perpetuari non possunt.
- 72 Immunitas Ecclesiastica, & Ecclesie, ac personae Ecclesiasticae, earumque bona praeiudicialia quaecumque sunt irrita, nec unquam fuerunt convalidata, etiam ex immemorabilibus, cum fama privilegii, scientia, & permissione Romanorum Pontificum.
- 74 Eadem cautelam revocantur.
- 75 Si Ecclesie in integrum restituantur, & quaedam alia per irritam ministrorum in expeditionibus litterarum inserta, declarantur erronea. & n. seq.
- 77 Principes privilegia imperantes obligantur ex stylo ad tuendam immunitatem Ecclesiasticam.
- 78 Status ultimus Ecclesiarum, earumque virium non est attendendus, ubi de antea denuo contrarium statu constat.
- 79 Interpretatio gratiarum, & dispositionum Apostolicarum in favoreis superiorum Principum Regularibus, & alijs quibusvisque interdicta est sub poena excommunicationis lata sententiae.

**C**ONSUETUDINES. Duos habet intellectus, juxta primum, & communem, hoc dicit. Consuetudo inferens gravamen Ecclesie, seu eis onerosa non tenet. Sed juxta secundum, quem Abb. dicit esse magis singularem, hoc intendit. Consuetudo inferens gravamen Ecclesie, debet iudicis officio tolli. Breve est, & divisionem non patitur.

Nota primo, ex hac decretali, & nunquam obliviscaris generalem regulam in favorem Ecclesiarum, secundum Abb. & Decium in primo not. videlicet consuetudinem in Ecclesiarum praedictum, & gravamen inducti non possit; nam, verbum remittere, hic positum, exponitur, id est tollere, & non secundum eas indicare, secundum Innoc. in ver. Remittere, cui subscribunt Jo. Andr. & Card. ambo num. 2. vel radices extirpare, secundum Abb. Antiqui in eodem ver. & Host. num. 2. & sic supponunt Doctores huiusmodi consuetudines non de jure, sed de facto tolli, ac extirpari debere tanquam illicitas, & perniciosas corruptelas; & ita declarat explicito Cardin. hic nu. 22. ver. Et secundum praedicta, dicens; (Et quamvis per tales consuetudines non ligentur Ecclesiae, tamen quia quandoque, de facto gravantur, ideo revocari debent. Ad hoc cap. Mala, & dist. de c. Bona vel. 12. q. 2. & hic intellectus, quem Abb. hic in princ. facit esse communem, hodie reperitur canonizatus in constitutione, fan. mem. Urbani VIII. de qua infra num. 179. nam in §. Nec non reliqua, de quo infra in sumario, num. 72. consuetudines in praedictum, Ecclesiarum declarantur esse ipso jure nulla, & quamvis postea essentur, & revocentur; id tamen dicitur fieri ad abundantiore cautelam, & quatenus foret opus, & nihilominus illicitas, irrationabilesque declarantur in §. Et quatenus foret opus, ut patet infra in sumario nu. 74.

Pone autem in c. 1. infra de his, qua sunt a maiori parte Cap. secundum Innoc. & Abb. hic in prima, vel secundum Hoff. num. 5. Pone exemplum in c. Clerici, de iudic. in c. Non minus, & in c. Adversus, de immunit. Ecclesie, & in c. Navit. de sent. excom. Alia quinque exempla consuetudinum Ecclesie praedictum, ac reprobatarum habes in praell. constitutione Urbani in §. Maleficia quoque, ut, infra in sumario n. 67. & seq. & quatuor alia exempla in §. Insuperque, ut in eod. sumario, num. 76. & 77. Ratio praedictae regulae, ac decisionis huius decretalis ea est, quia consuetudo ut sit servanda, debet esse rationalis, & Regioni conveniens, & Legi aequae lex, 4. dist. & arg. l. Sunt persona, ff. De ritibus, & sumpt. funer. nam cum illa sit jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex, c. Consuetudo, 1. dist. l. De quibus. ff. De legib. sicut lex debet esse rationalis, & Religioni convenire, ita & consuetudo; alioquin dicenda est potius corruptela, & non servari, sed magis extirpari debet, d. c. Mala, 2. dist. & c. sic. infra eod. At consuetudo Ecclesie onerosa, seu praedictum, ratione caret, c. 1. infra de his qua sunt a maiori parte, Cap. c. Ad auctoritatem. c. Cum inter nos, & venerabilis, infra eod. & c. Causa, de sent. & re indicat. gloss. in hic Hoff. num. 6. & 7. & Abb. in 1. non. ver. Et si quaeratur de ratione, Jo. Andr. supra in tribus, num. 19. ver. Nec obstat, & patet ex me-

- morata Bulla Urbani in §. Nec non reliqua, & §. Et quatenus foret opus: ut infra in summario, num. 72. & 74. Item cum consuetudinis sit nutrire publicam utilitatem, quae consistit in sacris, & sacerdotibus, l. 1. §. 1. ff. De inst. & iure utique sit sit Ecclesis damnosa, Religioni non est conveniens, & per consequens irrationabilis est, ut in effectu ratiocinatur Butr. hic num. 2. & 6. & Abb. loco citato.
- 7 Extenditur autem regula huius textus. ut procedat etiam in statuto Episcopi, quod si inferat gravamen Ecclesis, non valet: idem enim est effectus consuetudinis, & statuti; & utrumque procedit ab ead. causa efficiente, nec differunt nisi sicut tacitum, & expressum; quis consuetudo cancellatur à consensu tacito, constitutio ab expresso, ut l. De iuribus, ff. De legib. & ita post Goffred. hic tenent Host. in fin. Cardinal. nu. 1. Anchar. eod. num. vers. Quid in constitutione, & Abb. in primo not. vers. Per quod arguo: & eodem Host. in c. Quae in Ecclesiis, num. 4. supra de consuetudine. Quomodo hoc vendicat sibi locum etiam in statuto Legati de lateris, ut patet in ead. Constitutione Urbani VIII. §. Nihilominus, qua declarantur irrita, & ad cautelam revocantur quaecunque Ecclesis praedicta à legatis, & alius ibi expressis emanata etiam per viam declarationis, vel constitutionis, ut patebit infra in summario, num. 64. & vide quod legitur, & notatur in c. Dilectus, infra de officio legat.
- 10 Ceterum cum haec decretalis reprobet consuetudinem, quae inferat gravamen Ecclesis, ambigui juris est de quo gravamine hoc sit intelligendum. Nam bellam. hic in 2. questione tateur se de hoc semper habuisse, & audivisse dubitari etiam per majores, nec se vidisse hoc à quoquam clarè decisum: Nimis enim generalis est regula, quam tradit haec decretalis, & patet, quia omnes consuetudines praedictantes Ecclesis etiam approbatae in iure ipsis Ecclesis gravamen inducunt. Doctores tamen conveniunt in restringenda generalitate huius regulae, licet non ead. verborum formula utantur. Nam gloss. hic in prin. & Jo. Andr. num. 2. intelligunt textum de consuetudine, quae multum laedit Ecclesiam, Host. nu. 5. explicat verbum, gravamen, scilicet et hoc, & onerosum. Collectar. num. 3. & Abb. n. 5. requirunt magnum, Bellam. d. p. 2. magnum, & notabile, Cardin. in 2. appositione quod gravat immodicè, Abb. in primo not. non modicum, & conf. 72. In negotio, num. 3. lib. 1. ait. Non quamlibet consuetudinem contra Ecclesiam esse nullam, sed illam, quae magnum praedictum affert, & nulla ratione solvitur, & Decius hic in primo not. restringit textum ad consuetudinem multum gravantem.
- 11 Pater tamen opinio Bellam. loco citato, videlicet in gravaminibus determinatis à iure, & in his, quae sunt consimilia determinatis, standum esse iuris dispositioni, in aliis vero quamvis gravamen debeat esse magnum, seu notabile, secundum Doctores; tamen hoc iudicis arbitrio disjunctandum relinquatur, arg. c. In causis, infra de officio delegat. secundum Bellam. sic iudicio enormis, vel magno iudicatur iudicis arbitrio, ut patet ex cumulatà à Menochio de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. cas. 72. num. 5. & cas. 74. num. 4.
- 17 Tenetur ergo Ecclesia propter auctoritatem,

- consuetudinis tolerare incommoda non multum laedentia, prout est casus hic, iuncta gloss. secundum Cardinal. in 2. oppos. neque enim à consuetudine est recedendum sine magna causa. l. in rebus, ff. De constitut. Princip. c. Cum consuetudini, infra eod. Et quamvis in remediis ordinariis curetur etiam de modico, c. ult. l. 9. ult. c. Si proponente, de rescrip. Card. supra in primam, in ver. Volentes, in 2. Tamen hoc fallit propter consuetudinis auctoritatem, ut hic per eundem Cardin. in 2. appositione.
- 17 Et ex hoc solvitur quaestio de consuetudine, quae alicubi viget, ut Parochialis in Paschate, Rectores teneantur suis Parochianis in Paschate dare agnum paschalem, vel pastum, vel quid simile: nam secundum Cardin. hic prope finem, si quod traditur est tale, ut inde Ecclesia multum gravetur, non valet consuetudo; alias secus, per prax. & arg. c. Cum Apostolus, infra de cens.
- 18 Ex hoc etiam inferat Feder. de Sen. cons. 155. incipien. Quero an laici, ut valeat consuetudo, quod Presbyter debeat certa die dare Parochianis candelas de cera alba, quia consuetudo huiusmodi est modicum praedictalis, & loquitur Decius hic num. 2.
- 19 Sed è converso non videtur subsistere consuetudo, quae alicubi viget in Castro Corsiani, quod Plebanus culibet Parochianorum dare deberet certas liberas carnis porcinae ante solutionem decimarum, quia multum gravat Ecclesiam ut hic per Abb. num. 2.
- 20 Porro supra dicta distinctio inter magnum, & modicum praedictum procedit de plano in terminis juris communis. Verum post constitutionem Urbanam, de qua infra num. 19. non videtur transire absque difficultate, quia Pontifex dum reprobat consuetudines Ecclesiarum praedictales, ut patet in §. Nihilominus, ubi irrita esse declarat omnia & singula Ecclesiarum quomodolibet praedictalia & quibusvis, & ex quavis causa quomodocunque, qualitercunque, & quomodocunque, emanata, ut infra in summario, num. 64. & in §. Nec non reliqua, num. 72. ibi omnia quaecunque, & quaecunque Ecclesiarum, & quomodolibet praedictalia. Quae quidem verba videntur comprehendere quodcunque praedictum cuiuscunque sit qualitas, ex notatis per gloss. in c. Ut circa, in ver. Omnia, & singula, de elect. lib. 6.
- 22 & per Jasonem in l. Tertia, §. fin. num. 3. ff. De verbor. obligat. Nec refert, quod de his, quae sunt modici praedicti non magno opere curet lex,
- 23 ut pluribus exemplis fusè probat Cravetta conf. 182. Videtur, num. 15. Quoniam hoc non prodegit ubi verba sunt universalialia. Tunc enim etiam minima veniunt in dispositione, ut plene per eundem Cravet. Conf. 194. Verba transactionis, col. antepenult. vers. Secundo, & vers. Tertio, & conf. 228. Iafredus num. 12. vers. Octavo consule.
- 25 ro. Et quamvis constitutio alias non esset intelligenda de quolibet praedictio, sed de gravi, & magno dumtaxat, ut sic reciperet restrictionem, & interpretationem passivam à iure communi, ad l. 2. C. De noxal. tamen secus dicendum videtur hoc casu propter verba universalialia, & geminata, quae impediunt constitutionem recipere interpretationem restrictivam, ut voluit Salic.

- lic. in d. l. 2. quem refert, & loquitur Alex. conf. 118. In casu, num. 5. vers. Et tamen magis, lib. 5. & conf. 35. Viso thomate, num. 8. & 9. lib. 6. latissime Cravetta in praecitata, conf. 194. per totum. Tamen hac de re sanctissimus esset consulendus, cum interpretatio huius Bullae sit culibet interdicta, & ante declarationem Apostolicam sine ulla distinctione ad litteram sit intelligenda, ut infra in summario, num. 79.
- 26 Ulterius QUERITUR. An dispositio huius decretalis improbens consuetudines Ecclesiarum onerosas vendicet sibi locum in clericis, eorumque bonis patrimonialibus.
- 27 Opinione affirmativam videtur sequi Host. hic num. 5. & Joan. Andr. num. 1. nam super ver. Ecclesis, addunt idem in Clericis, per c. Clerici, infra de iudic. & ex hoc inferunt Ant. de Butr. num. 5. Jo. de Inol. num. 1. & Jo. de Anan. num. 2. ut non valeat consuetudo gravans bona patrimonialia Clericorum, cum hac gaudeant eod. privilegio, quo gaudent res Ecclesiarum, ut notat gloss. in c. Ex litteris in ver. obligata, infra de pignor. ita ut propterea sicut res Ecclesiarum à laicis collectari non possunt, ita nec bona patrimonialia Clericorum, secundum eos.
- Sed contrariam opinionem amplectitur Abb. hic num. 3. vers. Sed tu adverte, non enim subsistit fundamentum, quod bona Clericorum fruantur eodem privilegio, quo res Ecclesiarum, imò contrariam regulam firmat idem Butr. in c. Si diligenti, de praescrip. ubi asserit eodem privilegio Clericorum bona regulariter non potiri, nisi in casibus in iure expressis, licet quoad collectas eod. privilegio gaudeant, quia hic casus est expressus in iure, ut c. Final. de rit. & honestat. Clericor. & fatetur Abb. hic d. num. 3. vers. Fateor tamen. Unde ipse putat hoc cap. non extendi ad bona patrimonialia Clericorum, non ob regulam superscriptam; non quia videmus huiusmodi bona non frui privilegio rerum Ecclesiarum quoad praedictionem: nam contra Ecclesiam non currit praedictio, nisi quadragenaria, ut in c. De quarta, infra de praescrip. & in Auth. Quas actiones, C. De sacros. Eccles. Ac contra bona patrimonialia Clericorum currit praedictio, sicut in bonis laicalibus, ut notat gloss. l. in c. Possessiones, l. 6. q. 4. Tum ex doctrina Jo. Andr. in reg. Nemo potest, lib. 6. in Mercur. ubi pluribus firmat valere consuetudinem, et Canonice possidetarii de fructibus suae praebendae percipiendis post ejus obitum usque ad annum. Et dicit non obviare hoc capitulum, quia in casu quaestiois ab eo formatae non praedictabatur Ecclesiae, ubi hic, sed successori in praebenda, & sic aperte sentit Jo. Andr. valere consuetudinem inferentem gravamen non ad bona Clericorum patrimonialibus, sed etiam redditibus, qui eis debentur occasione Ecclesiae: Tum denique quia non ita iudicis officio succurrit bonis Clericorum sicut bonis Ecclesiarum: ideoque Clericus in bonis patrimonialibus non petit restitutionem in integrum ratione laesionis, nec in Ecclesiis redditibus citi debitis, prout sentit gloss. in Clem. un. in ver. Ecclesia, de in integrum restit. & tenet Speculator, in tit. de restit. in integrum, §. Qualiter, na. 7. vers. Sed nunquid Clericus. Non obstat d. c. Clerici, de iudic.

- Quoniam, ut respondet Abbas. ille textus non reprobat consuetudinem, nisi respectu privilegii Clericis tributi in favorem totius ordinis Clericalis; & ita etiam secundum eum intelligi debent Host. & Jo. Andr. loc. cit. quia loquuntur de Clericis ipsis, non autem de eorum bonis patrimonialibus.
- 31 Tu dicas primam opinionem hodie reperiri approbatam in saepius citata constitutione Urbani VIII. in qua reprobandur, & irritae decernuntur non solum consuetudines Ecclesiarum, sed etiam personis Ecclesiasticis, earumque iuribus, bonis, & fructibus praedictales, ut in §. Nec non reliqua. & constituit infra in summario, num. 72. & sic non solum Clerici, sed etiam eorum bona patrimonialia, sive per viam declarationis, sive extensionis, hodie procul dubio comprehenduntur in dispositione huius decretalis, & ponderandum, quia textus in c. Non minus, de immunit. Eccles. loquitur simpliciter per illa verba, de bonis Ecclesiarum, & Clericorum, & tamen ex illa decretali eliciunt omnes quoad immunitatem à collectis eod. privilegio, potiri res Ecclesiarum, & bona patrimonialia Clericorum, ut ibi dixi in c. not. Ergo fortius idem dicendum quoad dispositionem huius cap. in terminis constitutionis Urbani, quae de Clericis, eorumque bonis, iuribus, ac fructibus explicitè loquitur: similiter gloss. ult. in d. c. fin. de rit. & honestat. Clericor. propter illa verba, quae habentur ibi in texto, de facultatibus suis, generaliter ait. res Clericorum, & Ecclesiarum eod. privilegio gaudere.
- 32 Ultimò QUERITUR, de quibus consuetudinibus hoc capitulum intelligatur.
- 33 Excludam casus non dubios. Certum est primò textum esse generaliter intelligendum, etiam si consuetudines Ecclesiarum onerosae sint inter laicos, secundum Cardin. hic num. 2. vers. Et secundum praedicta: nam etsi regulariter Papa de laicis non iudicet, c. Novit, de iudic. hoc tamen fallit ratione peccati, ut ibi, & hic, & ex hoc dicit Cardin. singulariter notat consuetudinem inducentem Ecclesiam magnum gravamen esse peccati nutriam, & consequenter impraescriptibilem, secundum ea, quae leg. & not. in c. fin. infra eod. & scripti in c. Extirpanda in 1. not. infra de praedictis. & adde quae dixi supra num. 6. Rursus certum est, hunc textum non restringi ad libertatem Ecclesiasticam, quia generaliter loquitur, & ponderat gravamen, quod inferatur Ecclesis ex consuetudine, secundum Abb. hic in 1. not. vers. Et pondera. Et hodie expeditum est in praecitata Bulla Urbani VIII. in qua reprobandur consuetudines praedictales non modo iurisdictionis, vel immunitatis, aut libertatis Ecclesiarum, sed generaliter Ecclesiarum, personis Ecclesiasticis, & earum bonis, ut infra in summario, num. 72.
- 35 Secundo, manifestum videtur ex hoc cap. sublatam non esse consuetudinem interpretativam, de qua in l. si de interpretatione, ff. De leg. & in c. Cum dilectus, infra eod. quia textus intelligi debet de consuetudine proprie sumpta, quae est contraria: consuetudo autem interpretativa iuri non adferatur; ideoque non censetur sublata per statum tollens consuetudinem, ut consulendo tenet Dec. conf. 11. Quoniam iudicium, num. 16. & post eum Decian. conf. 124.

Foss. absolutum. non. 28. lib. 3. Hujusmodi enim consuetudo interpretativa, seu juris præexistens declarativa favorabilior est, quam consuetudo dispositiva, ideoque in ea sufficit probare observantiam sine prescriptione, ut originaliter voluit Nicolaus de Matarellis, quem refert, & sequitur Ant. de Butt. in c. ult. nu. 47. vers. Ex his dicit Nicolaus, infra eod. Alex. cons. 2. Et adverte, num. 7. & seq. lib. 2. plenè Aymo cons. 201. Presuppone, num. 11. & 12. & resolvit Rota apud Put. decif. 283. lib. 1. & decif. 256. num. 6. & 7. part. 2. divers. quod nota etiam pro intellectu præcitate constitutionis Urbani.

37 Tertiò, si loquamur de consuetudine inductiva sicut sit decem, vel viginti annorum, res est extra dubium, quia contra Ecclesiam talis consuetudo non procedit, c. Placuit, §. Post, 16. q. 3. & notat. Innoc. in d. c. Cum dilectus, nu. 5. in ver. Talis, inf. eod. ubi ait, consuetudinem contra Ecclesiam oportere esse præscriptam, & sic non minoris temporis, quam annorum quadraginta, & sequitur ibi Cardin. num. 12. in c. quæst. Nisi forte consuetudo non esset specialiter contra Ecclesiam, sed generaliter contra omnes; quia tunc sufficerent decem anni etiam contra Ecclesiam secundum Innocen. quod dicit esse notandum. Cardin. ubi supra, sed alii contra, & bene secundum Host. ibidem num. 16. & Joan. Andr. num. 13. quia consuetudo laicorum non potest Clericos attingere, ut notat idem Joan. Andr. supra in Rubi. num. 10. vers. Nec obstat.

40 Quartò de centenaria consuetudine, vel prescriptione similiter non est ambigendum, quia procedit etiam contra Ecclesiam Romanam, ut in Auth. Quæ actiones, c. De sacros. Eccles. quæ est canonizata in c. Nemo, 16. q. 3. & ideoque concurrentibus de jure requisitis, hodie reperitur expressè præservata in ead. constitutione Urbani VIII. in §. Non intendimus, ut infr. in Summario, n. 21.

41 His præhabitis duo dubia supersunt examinanda. Primum est, an hæc decretalis suffulerit consuetudinem quadragenariam. Secundum, an suffulerit immemorabilem.

Circa primum pro parte affirmativa facit, quia consuetudo si sit præscripta spatio annorum quadraginta, obtinet etiam contra Ecclesiam, c. Cumque, inf. de elec. c. Cum Ecclesia Sutrina, & ibi notatur, de caus. possess. & propriet. & notat. Innoc. in cap. Cum dilectus, nu. 5. in ver. Talis, inf. eod. quem ibi sequuntur Host. num. 16. Joan. Andr. num. 13. Cardin. num. 12. in c. quæst. & alii communiter. Idem Jo. Monac. in c. Generali, num. 7. de elec. lib. 6. ubi firmat consuetudinem posse Ecclesiam præjudicare si sit infra hominum memoriam, & sic annorum, quadraginta.

42 In oppositum est veritas, quia si hoc cap. intelligeretur de consuetudine infra quadraginta annos, esset de indubitabili, contra textum in l. Balneo, ff. De Corbon. edict. Nam talis consuetudo nullo casu procedit contra Ecclesiam, sed tantum contra laicos, c. Quæ sit long. consuet. per totum, & l. 2. ff. De aqua plu. arc. & notant Innocen. Host. & Joan. Andr. loc. cit. in dictum esse supra num. 37. Ergo supervacuum cum

43 fuisset illam tollere. Nec obstat, quod consue-

tudo quadragenaria procedat etiam contra Ecclesiam, ut in contrario. Quoniam hoc locum, non habet si Ecclesiam magnum interat gravamen ut hic, Hodie cessat omnis difficultas, quia ut patebit infra num. 80. in constitutione Urbani in §. Præsentis quoque, disertis verbis reprobatur consuetudo, & præscriptio Ecclesiam præjudicialis, etiam si sit quadraginta annorum, & quamvis postea in §. Non intendimus, præservetur centenaria simpliciter, & immemorabilis in casibus ibidem exceptis: tamen quoad quadragenariam nulla sit præservatio, ut infra in Summario, num. 81. & sic indistinctè remanet sublatæ, Arg. l. Præscriptio, in fin. C. De appellat. & l. Sarcinæ, C. De testam.

Ex quibus etiam constat hodie non procedere quod ait Bellam. hic num. 1. videlicet hoc cap. non habere locum in prescriptione, quæ induci potest etiam si sit Ecclesiam onerosa, ut in Auth. Quæ actiones, c. De sacros. Eccles. & in c. 1. de prescript. lib. 6. Contrarium enim liquidò apparet ex memorata constitutione, quæ expressè loquitur tam de consuetudine, quam de prescriptione. Et quamvis fateor hoc perquam durum esse, cum jura omnia admittant prescriptionem quadragenariam, etiam contra Ecclesiam, ut cap. De quarta, ibi glos. 1. & DD. c. Ad aures, & c. Illud autem, infra de prescript. cum sexcentis similibus: tamen ita lex scripta est, l. Præscripti, ff. Qui, & à quibus: vel certe cessat legis durities ex his, quæ dixi sup. num. 6. & 33.

45 Hinc etiam constat hodie non obtinere quod Doctores affirmant ex consuetudine annorum cum observantia subsequente præsumi beneficium Apostolicum intervenisse etiam contra Ecclesiam. Anchar. cons. 136. in consiliis, num. 20. Alex. cons. 17. in instrumentis, num. 8. lib. 4. & sapius resolvit nota, ut decif. 179. num. 1. part. 2. divers. & decif. 202. num. 7. part. 7. Recentior & coram Gregor. XV. decif. 52. num. 2. ubi in alienatione bonorum Ecclesie triginta annos effectum sortita, & in transactione Put. decif. 355. num. 1. lib. 1. & in inestitura Rota decif. 407. num. 7. part. 4. Recent. & in permutatione fuit decif. in causa Mediolanen. rescissionis permutationis 10. Januarij 1597. coram Cardinali Pamphilio impressa apud Nicol. Garz. de benef. part. 12. c. 2. num. 185. & approbata in decif. 694. num. 5. part. 1. Recent. & in unione beneficii libertatis ad beneficium jurisdictionis (quæ est valde præjudicialis Ecclesie) cens. Rota in recent. decif. 506. num. 2. & 3. part. 2. Quod procedit sive beneficium Apostolicum fuerit reservatum, seu cauciatum, sive non, secundum communem opinionem de qua desinitur Fel. in c. Albericus, u. 4. de rescrip. & quam multoties probavit nota Put. decif. 355. num. 2. lib. 1. Seraph. decif. 1042. num. 3. Rota d. decif. 506. num. 3. part. 2. & decif. 202. num. 7. part. 7. recent. & in præalleg. Mediolanen. Rescissionis permutationis.

47 Id inquam constat hodie non obtinere, quandoquidem hæc beneficii præsumptio, quæ improbat Vrbana constitutio in his, quæ sunt Ecclesie præjudicialia, etiam si beneficium fuerit reservatum, vel promissum, ut infra in Summario, num. 64. Idque ob eam rationem, quia

quia confirmationes, approbationes, & beneficia Papæ, præsertim ubi agitur de præjudicio perpetuo, semper consueverunt in scriptis expediri, præcipue per litteras Apostolicas, sive sub plumbo, sive in forma brevis sub annulo Piscatoris; ac proinde in registris Apostolicis, quæ fideliter custodiuntur, non reperiantur registrata, vel non exhibentur originalia litterarum Apostolicarum, aut transumpta juxta formam alterius Bullæ ejusdem Pontificis: inde deducitur, Romanos Pontifices numquam præjudicialia hujusmodi approbasse, vel confirmasse, aut beneficia desuper concessisse: ut patet in §. Quodque confirmationes, & in §. Minusque inde, & constat infra in Summario, num. 62. & num. 73.

Hic enim est optimus modus probandi negativam, ut firmat Paul. de Castro in Auth. Si quis in aliquo, in fin. C. De elendo, & Ripa in cap. Cum Ecclesia Sutrina, num. 82. de caus. possess. & propriet. Ideoque ex registro denunciationum probatur sufficenter denunciationem non fuisse factam, ut ex facto respondit Bartol. cons. 81. Martinius Fonticonis, num. 2. vers. Ista autem negativa, lib. 1. Et similiter fit in libro, in quo collationes consueverunt registrari, non appareat collatio, ex hoc probatur concludenter possessorem esse intrusum, seu titulum non habere, ut voluit Felin. in c. Illud, n. 7. circa fin. vers. Et idem si forte probaretur, de presump. & Ripa loco citato. Et quamvis ex lapsu temporis annorum triginta cum observantia præsumatur solemnitas, seu beneficium Superioris, etiam ubi agitur de magno præjudicio, secundum Joan. de Imol. in c. Pervenit, & ibi glos. 1. de empt. & vendit. Hoc tamen non impedit quin contrarium probari possit. Et probatur sufficienter eo ipso, quod beneficium in registro non reperitur descriptum, ut singulariter declarat Felin. in d. cap. Illud, num. 6. vers. Secundo est advertendum, & n. 7. de presump. Quod est notatum dignum ad dignoscendam iustitiam prædictæ constitutionis.

49 Circa secundum, An hoc capitulum improbens consuetudinem Ecclesie onerosam comprehendat immemorabilem, Joan. Monach. in c. Generali, num. 7. de elec. lib. 6. tenet consuetudinem posse Ecclesiam præjudicare si sit supra hominum memoriam, quia habet vim litæ, ut l. Hoc iure, §. Ductus aquæ, ff. De aqua quotidiana, & stillicida. Similiter Bald. in c. 1. in princ. 6. col. vers. Quæro quanto tempore, qui feud. dar. poss. tenet consuetudinem, cuius initium non est memoria, validam esse, licet sit Ecclesie onerosa. Idemque firmat Cardin. in Clem. 2. in 8. quæst. de reb. Eccl. non alien. & Dec. hic n. 5.

50 Sed contrarium magis probatur Collectario hic n. 3. circa fin. ubi ait, sententiam Jo. Monac. stare non posse, per ea, quæ notantur in cap. 1. infra de his, quæ sunt à maior. par. cap. & in c. Cum causa, de re iudicat. Hæc posterior opinio reperitur hodie approbata in constitutione Urbana in §. Nec non reliqua, ubi generaliter declaratur irrita, & ad cautelam cassantur quæcumque præjudicialia non tantum Sedi Apostolicæ, sed etiam Ecclesie inferioribus, & Ecclesiasticis personis, earumque bonis, & damnantur, revocanturque contrarie consuetudines etiam

51 immemorabiles. ut patebit infra in Summario Bullæ, num. 72. & n. 74. Unde non obstat, quod immemorabilis habeat vim tituli, §. privilegii d. §. Ductus aquæ, quoniam hoc non procedit, ubi talis consuetudo est à jure reprobata, ut in casu præsentis; tunc enim nec vim privilegii, nec vim aliquam habet, ita Philipp. Franc. in c. 1. in 2. not. vers. Imò tradit. Host. de consuet. lib. 6. & Put. decif. 466. num. 4. lib. 2. quibus adde Felin. in c. Cum ex officio, n. 13. vers. Secundo dico, de prescrip. ubi pluribus ostendit titulum privilegii non probari ex cursu temporis immemorabilis, quando versatur in materia, in qua non est verisimile, ut Papa aliquem privilegaverit qui potius privilegia, quæ adeo deviant ab honestate, præsumi falsa, vel subreptitia, ut idem dixit in cap. 2. num. 16. vers. Stylus Curie de rescript.

52 Ceterum adverte, quia in ead. constitutione, in §. Non intendimus, Pontifex declarat se non intendere immemorabilem tollere, nisi in casibus, in quibus per sacros canones, seu Concilia universalis, vel constitutiones, aut dispositiones Apostolicas illa reprobat, seu illi derogatur, aut aliàs de jure illa non suffragatur, ut infra in Summar. num. 81. Et ita etiam limitant opinionem suam Cardinales, & Dec. loco citato, dicentes immemorabilem Episcopis onerosam valere, nisi sit expressè reprobata in aliquo casu particulari. Quamobrem dicta constitutio qua parte immemorabilem improbat, fortè parum, aut nihil operatur, cum postea se restringat ad terminos juris communis.

53 Illud tamen admonendi sumus, quod in illis casibus, in quibus immemorabilis consuetudo reperitur à jure reprobata, hodie sustineri non potest, etiam si cum ipsa concurrat fama privilegii Apostolici, cum Bulla Urbani in præallegat. §. Nec non reliqua sustulerit immemorabilem etiam cum fama privilegii.

54 Quamobrem etiã laicus sit incapax juris ferendi, c. Si quis deinceps, c. Per laicos, & c. Laicos, 16. q. 7. aded ut neque ex conditione adjecta in limine fundationis illud possit acquirere, ut per Lambert. de iure par. 1. part. quæst. 9. art. 1. num. 70. 96. & 109. neque ex immemorabili consuetudine, ut firmat Roch. de Curt. in c. fin. hoc tit. sect. 5. n. 44. Lambert. d. tract. in 3. part. lib. 2. q. 1. art. 12. Seraph. decif. 1382. num. 3. tamen de jure communi immemorabilis suffragatur si fama privilegii concurrat. Felin. in cap. Causam quæ, a num. 2. de prescript. & in c. Cum contingat, num. 4. & 5. de for. compet. Probus, ad Monachum in c. Nullus, num. 3. de tempor. ordinat. lib. 6. Aufert. de potest. facultar. super Ecclesie regul. 2. num. 25. Balb. de prescript. 1. part. 5. part. principalis, q. 7. a num. 16. Crefcen. decif. 1. num. 2. de decim. Put. decif. 365. lib. 1. Similiter quamvis laici sine decimarum incapaces, nec ullo tempore possint illas præscribere, d. c. Causam quæ, de prescript. Rebuff. de decim. q. 10. tamen possunt de jure communi si cum immemorabili concurrat fama privilegii, ut resolvit Rota, decif. 215. part. 2. divers. & in recent. dec. 698. num. 2. part. 3. dec. 545. n. 1. part. 4. decif. 22. num. 14. & dec. 56. nu. 1. part. 7.

56 Et eod. modo si jus commune spectetur, laico immemorabilis possessio suffragatur ad nominationem.

51 immemorabiles. ut patebit infra in Summario Bullæ, num. 72. & n. 74. Unde non obstat, quod immemorabilis habeat vim tituli, §. privilegii d. §. Ductus aquæ, quoniam hoc non procedit, ubi talis consuetudo est à jure reprobata, ut in casu præsentis; tunc enim nec vim privilegii, nec vim aliquam habet, ita Philipp. Franc. in c. 1. in 2. not. vers. Imò tradit. Host. de consuet. lib. 6. & Put. decif. 466. num. 4. lib. 2. quibus adde Felin. in c. Cum ex officio, n. 13. vers. Secundo dico, de prescrip. ubi pluribus ostendit titulum privilegii non probari ex cursu temporis immemorabilis, quando versatur in materia, in qua non est verisimile, ut Papa aliquem privilegaverit qui potius privilegia, quæ adeo deviant ab honestate, præsumi falsa, vel subreptitia, ut idem dixit in cap. 2. num. 16. vers. Stylus Curie de rescript.

52 Ceterum adverte, quia in ead. constitutione, in §. Non intendimus, Pontifex declarat se non intendere immemorabilem tollere, nisi in casibus, in quibus per sacros canones, seu Concilia universalis, vel constitutiones, aut dispositiones Apostolicas illa reprobat, seu illi derogatur, aut aliàs de jure illa non suffragatur, ut infra in Summar. num. 81. Et ita etiam limitant opinionem suam Cardinales, & Dec. loco citato, dicentes immemorabilem Episcopis onerosam valere, nisi sit expressè reprobata in aliquo casu particulari. Quamobrem dicta constitutio qua parte immemorabilem improbat, fortè parum, aut nihil operatur, cum postea se restringat ad terminos juris communis.

53 Illud tamen admonendi sumus, quod in illis casibus, in quibus immemorabilis consuetudo reperitur à jure reprobata, hodie sustineri non potest, etiam si cum ipsa concurrat fama privilegii Apostolici, cum Bulla Urbani in præallegat. §. Nec non reliqua sustulerit immemorabilem etiam cum fama privilegii.

54 Quamobrem etiã laicus sit incapax juris ferendi, c. Si quis deinceps, c. Per laicos, & c. Laicos, 16. q. 7. aded ut neque ex conditione adjecta in limine fundationis illud possit acquirere, ut per Lambert. de iure par. 1. part. quæst. 9. art. 1. num. 70. 96. & 109. neque ex immemorabili consuetudine, ut firmat Roch. de Curt. in c. fin. hoc tit. sect. 5. n. 44. Lambert. d. tract. in 3. part. lib. 2. q. 1. art. 12. Seraph. decif. 1382. num. 3. tamen de jure communi immemorabilis suffragatur si fama privilegii concurrat. Felin. in cap. Causam quæ, a num. 2. de prescript. & in c. Cum contingat, num. 4. & 5. de for. compet. Probus, ad Monachum in c. Nullus, num. 3. de tempor. ordinat. lib. 6. Aufert. de potest. facultar. super Ecclesie regul. 2. num. 25. Balb. de prescript. 1. part. 5. part. principalis, q. 7. a num. 16. Crefcen. decif. 1. num. 2. de decim. Put. decif. 365. lib. 1. Similiter quamvis laici sine decimarum incapaces, nec ullo tempore possint illas præscribere, d. c. Causam quæ, de prescript. Rebuff. de decim. q. 10. tamen possunt de jure communi si cum immemorabili concurrat fama privilegii, ut resolvit Rota, decif. 215. part. 2. divers. & in recent. dec. 698. num. 2. part. 3. dec. 545. n. 1. part. 4. decif. 22. num. 14. & dec. 56. nu. 1. part. 7.

56 Et eod. modo si jus commune spectetur, laico immemorabilis possessio suffragatur ad nominationem.

nandum Capellanos amovibiles in Parochialibus Ecclesiis, quando fama privilegii concurrat. Bald. de q. 7. Anton. Gabriel. conclus. prima de prescript. 2. num. 16.

57 At hac omnia cessant post constitutionem Urbani VIII. quia in his, quae sunt praedicta Ecclesiis, dicta constitutio improbat, & annullat consuetudines, & praescriptiones, etiam si sint immemorabiles, & cum praesentia fama privilegii Apostolici, idque ob eam rationem, quia cum privilegia huiusmodi consueverint in scriptis expediti, probatur negativa eo ipso, quod in Registris Apostolicis non reperiuntur registrata, aut non exhibentur originalia, vel transumpta; & mens Romanorum Pontificum semper fuit huiusmodi praedictas consuetudines nunquam approbandi, seu confirmandi, nisi de praesentia approbatione, vel confirmatione Apostolica constiterit ex praedictis registris, aut originalibus, vel transumptis, ut in §. Nec non reliqua, & patet infra in summano, num. 73. Hoc enim modo sufficienter probatur negativa, ut dixi supra, num. 47. & 48.

58 Porro cum ad Rom. Pontificis officium spectet Ecclesiarum indemnitati consulere, & Quae in Ecclesiis, supra de constitut. c. 3. infra de arbit. libertatis, immunitatisque Ecclesiasticam tueri, c. 1. de immunit. Eccl. lib. 6. & consuetudines Ecclesiasticas praedictas, ac perniciosas extirpare, ut ex hoc textu notant Anchar. in primo not. Cardin. & Decius uterque in 2. not. Hinc providae san. mem. Urban. VIII. constitutionem edidit die 6. Junii 1641. incip. Romanus Pontifex, quam per partes singulas compendiosè hic referendam duxi, ut illius esse possit, cum sit de materia admodum gravi, & quotidie in praxi occurrente.

60 Dividitur ergo haec constitutio, in 8. partes. In prima narrat causam constitutionis, nempe quod aliqui Legati, & Nuntii, alique sedis Apostolicae ministri, Gubernatores, ac officiales Camerae, nec non Barones, & feudarii praeter, vel contra facultates sibi concessas aliqua Sedi Apostolicae, aut jurisdictioni, vel immunitati, seu libertati Ecclesiasticae Ecclesiis, ac personis Ecclesiasticis, earumque bonis, & juribus praedictis fecerunt, seu tolerarunt. Quodque gratia, & investitura bonorum etiam jurisdictionalium ad Romanam, vel inferiores Ecclesias spectantium ad certas vitas, seu lineas factae longius proponuntur, vel perpetuantur, cum tamen Legati, & alii praedicti sine speciali Papae mandato nulla huiusmodi praedicta unquam taceat, vel expressè facere potuerint, nec Romanis Pontificibus illa innovaverint, saltem cum suis circumstantiis. Beneficia verò Apostolica, maxime ubi agitur de praedictis perpetuo, semper consueverint in scriptis expediti: adeo ut si in registris Apostolicis non reperiuntur, aut non exhibentur originalia, vel transumpta iuxta formam alterius constitutionis eiusdem Urbani edita die prima Junii 1639. inde deducatur Romanos Pontifices nunquam super his beneficiis concessisse. Cum praesertim publicetur quotannis Bulla in die Cenae Domini pro impugnantibus, & evitandis huiusmodi praedictis, quae propterea fuerunt, ac sunt ipso jure nulla.

62 In secunda parte ibi, nihilominus, ad abundantiorem cautelam reprobatur, & damnatur, & eo ipso nulla esse declarat omnia, & singula acta, decreta, indulta, & declarationes, concordia, & pacta etiam nomine Sedis Apostolicae inita, alienationesque officiorum, ac jurium eiusdem Sedis, Ecclesiarumve inferiorum, & quascunque alias dispositiones Romanae, seu quibusvis aliae Ecclesiis, ac personis Ecclesiasticis, seu jurisdictioni, vel immunitati, aut libertati Ecclesiasticae quomodolibet praedicta a legatis, & aliis antedictis quomodocunque emanata, etiam per viam declarationis, vel constitutionis, ac sub reservatione, vel promissione beneplaciti Apostolici etiam cum executione, & longissima observantia subsequuta, etiam intuitu supremorum Principum ex quacunque causa, etiam transactionis, vel pacis universalis, etiam sub praetextu, quod Bullae Apostolicae non sint publicatae, vel usu receptae, aut contrario usu abrogatae, etiam in permitendo editionem librorum, ut praefertur, praedictum, seu continentum opinioniones damnatas, vel minus legitimas constitutionum Apostolicarum interpretationes, vel contra disciplinam Ecclesiasticam.

67 In tertia parte ibi, Maleficia quoque, damnatur, & reprobatur, & nulla esse declarat in specie praedicta infra scripta. primo scilicet molestias, & impedimenta Legatis, & ministris Apostolicis per quoscunque illata in denegando ingressum in provinciam, vel eorum facultates impediendo, & eos expellendo. Secundo, collectas, militum hospitaliones, & alia onera super Ecclesiis, & locis pijs, ac personis Ecclesiasticis, earumque bonis, seu fructibus per laicos, vel alios quoscunque sine Apostolica auctoritate imposita, & exacta etiam a sponte contribuentibus. Tertio, molestias, carcerationes, & attentata quocunque a quibusvis laicis contra personas Ecclesiasticas, vel Ecclesias, vel earum bona, sive iura etiam per tempus immemorabile, etiam cum forma privilegii executioni demandata. Quarto, & transgressiones Canonum, constitutionum Apostolicarum, & generalium Conciliorum in praedictum Sedis Apostolicae, sive jurisdictionis, vel immunitatis, aut libertatis Ecclesiasticae, seu Ecclesiarum, earumque bonorum, seu fructuum, etiam, ut praemittitur, effectum sortitas.

68 In quarta parte ibi, Nec non reliqua, generaliter damnatur, & irrita esse declarat omnia quocunque, & quacunque sedi Apostolicae, vel jurisdictioni, immunitati, aut libertati Ecclesiasticae, seu Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, earumque bonis, & fructibus quomodolibet praedicta cum omnibus inde secutis; adiciens illa non fuisse convalidata etiam ex immemorabili tempore cum fama privilegii Apostolici, juncta etiam scientia, & permissione Romanorum Pontificum. Nec inde aliquam praesumptionem beneplaciti Apostolici, neque aliquam bonam fidem, possessionem, aut praescriptionem induci posse, nisi de approbatione appareat

69 quae sine Apostolica auctoritate imposita, & exacta etiam a sponte contribuentibus. Tertio, molestias, carcerationes, & attentata quocunque a quibusvis laicis contra personas Ecclesiasticas, vel Ecclesias, vel earum bona, sive iura etiam per tempus immemorabile, etiam cum forma privilegii executioni demandata. Quarto, & transgressiones Canonum, constitutionum Apostolicarum, & generalium Conciliorum in praedictum Sedis Apostolicae, sive jurisdictionis, vel immunitatis, aut libertatis Ecclesiasticae, seu Ecclesiarum, earumque bonorum, seu fructuum, etiam, ut praemittitur, effectum sortitas.

71 Quinto, prorogationes, & perpetuationes gratiarum, & investiturarum ad certas vitas, vel tempus jam elapsam, item pignorationum, venditionum cum pacto redimendi, aliarumque dispositionum de bonis etiam feudaliibus, ac juribus Sedi Apostolicae, ac inferiorum Ecclesiarum quocunque tempore executioni demandatas.

72 In quinta parte ibi, Nec non reliqua, generaliter damnatur, & irrita esse declarat omnia quocunque, & quacunque sedi Apostolicae, vel jurisdictioni, immunitati, aut libertati Ecclesiasticae, seu Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, earumque bonis, & fructibus quomodolibet praedicta cum omnibus inde secutis; adiciens illa non fuisse convalidata etiam ex immemorabili tempore cum fama privilegii Apostolici, juncta etiam scientia, & permissione Romanorum Pontificum. Nec inde aliquam praesumptionem beneplaciti Apostolici, neque aliquam bonam fidem, possessionem, aut praescriptionem induci posse, nisi de approbatione appareat

## DE CONSVETVDINE.

## Cap. Quanto.

## S V M M A R I V M.

ex registris Apostolicis: quinimo fuisse quotannis reprobata in Bulla cenae Domini. Et ad cautelam illa reprobatur, & damnatur, declaratque beneplacita Apostolica semper fuisse denegata, & quatenus opus foret, ead. praedicta revocat, cassat, & annullat cum consuetudinibus etiam immemorabilibus, & forma privilegii, quas illicitas, irrationabiles, & declaratur: Sedemque Apostolicam, & inferiores Ecclesias, ac personas Ecclesiasticas in integrum restituit.

75 In quinta parte, ibi in superius, quia quandoque per ministrorum incuriam in provisionibus cathedralium narratur, & admittitur praesentatio, nominatio, vel supplicatio, licet de jure part. non constet: & quandoque nonnulla decreta in provisionibus Ecclesiarum apponi solita, narratur per obitum expirasse, cum tamen perdurare debeant quousque fuerint adimpleta: quandoque verò in indultis, & privilegijs omittuntur litterae, quibus impetrantes ex tylo se obligant ad tuendam immunitatem, ac libertatem Ecclesiasticam: & quandoque in expeditionibus gratiarum narratur facta in vim concordatorum cum sede Apostolica initorum, quae tamen expirarunt: declarat huiusmodi narrationes, & admissiones erroneas, ac minime praedictas.

76 In sexta parte ibi, Itaqueque ultimam, declarat, & decernit ultimum statutum Ecclesiarum, locorum jurisdictionalium, gratiarum & concessionum, iurium Apostolicae Sedis, & inferiorum Ecclesiarum non esse attendendum, ubi de antecedenti contrario statu modo, vel forma praemissis constat.

77 In septima parte ibi, & quantum, prohibet quibuscunque etiam regularibus interpretationem tam huius constitutionis, quam gratiarum, ac dispositionum Apostolicarum in favorem supremorum Principum sub pena excommunicationis latae sententiae, ac nullitatis gerendorum; de declarationemque sibi, ac successoribus reservat; & ante declarationem vult Bullam hanc ad litteram esse intelligendam.

80 In octava parte ibi, praesentes quoque. Ponit clausulas executivas, & removet obitacla, derogans contrarijs, & in specie regulae de jure quae sita non tollendo, & consuetudini, sive praescriptioni etiam quadraginta annorum, & immemorabili & cum forma privilegii, cum clausula subdita, & decreto irritanti. Praeservat tamen declarationes, in Romana curia factas per Rotam, vel cameram, aut alios a papa specialiter deputatos. Item praeservat centenariam praescriptionem concurrentibus de jure requisitis, & immemorabilem, nisi in casibus, in quibus per sacros Canones, seu Consilia universalia, vel constitutiones Apostolicas illa reprobatur, seu illi derogatur, aut aliis de jure illa non suffragatur, firma tamen remanente Bulla Cenae Domini.

1 **C**ONSVETUDO non habilitat Presbyteros ad ea, quae sunt reservata ordini Episcopali.

2 Confirmatio Sacramentum conferri potest per solos Episcopos, non autem per simplices Sacerdotes.

3 Episcopus non licet, nec unquam licuit committere Sacerdoti, ut conferat Christum.

4 Papa an possit dare licentiam non Episcopo conferendi Ordines sacros.

5 Consuetudo Ecclesiae praevalet auctoritati cuiuscunque Doctoris.

6 Opinio Butri, & Abb. circa potestatem Sacerdotum resellitur tanquam periculosa. & n. seq. usque ad n. 20.

7 Episcopi, & Sacerdotes gradu, ordine, & potestate differunt etiam in primitiva Ecclesia. & n. seq.

8 Episcopi in locum Apostolorum, Presbyteri vero in locum Discipulorum successerunt. & n. 11.

9 Promotio non fit nisi de minori ad maius.

10 Intellectus c. Olim, 55, dist.

Presbyteri olim nomine ab Episcopis non differrentia sed propter schismata. Facta est nominum distinctio ibidem, & n. seq.

11 Episcopi, & Presbyteri unde dicti.

12 Presbyteros non differre ab Episcopis, Arrianorum suis heresis.

13 Maiorum, & minorum Sacerdotum discretio, non ab Apostolis, sed ab ipso Christo sumitur exordium.

14 Sacerdos supremus in primitiva Ecclesia consecratur speciali consecratione, & ad specialem actum.

15 Episcopi praecipue pertinent ad hierarchicum ordinem divina ordinatione institutum.

16 Ecclesia effectum Sacramenti impedit non potest, quando concurrunt ea, quae sunt de necessitate Sacramenti.

17 Presbyteri consueverunt, & Episcopi hanc auctoritatem Confirmationis, & Ordinis conferendi non obstante Ecclesia prohibitione.

18 Episcopus, vel Sacerdos excommunicatus depositus, & degradatus potestatem conferendi non amittit.

19 Consuetudo circa potestatem Presbyteri tribuendam in haec sunt Ordinis Episcopalis nihil potest.

20 Generali ordini Sylvestrinorum an possit sui subditis Regularibus conferri, & minores ordines conferre, ut consuevit ab immemorabili tempore & n. seq. usque in fin.

21 Abbas non potest primo conferri, & minores conferri nisi sit Presbyter & benedictus.

22 Abbas non benedictus non potest minores ordines conferre, nisi Episcopus retro requisitus eum benedicere recusari.

23 Benedictio Abbatis est de substantia quoad potestatem ordines conferendi, sed non quoad hoc ut electus dicatur Abbas.